



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio VI. De Unione, & Divisione, seu sectione beneficiorum
Ecclesiasticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

lationem non inducat, si possit in alium sensum explicari.

SECTIO VI.

De Unione, & Divisione, seu sectione beneficiorum Ecclesiasticorum.

§. I.

Quid & quotuplex sit unio beneficiorum, & quot modis fieri possit?

UNio est duorum vel plurimum beneficiorum, aut Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio legitimo superiore facta annexio. Duplex autem illa esse potest. Primo ut sit unio perpetua, si in perpetuum scilicet, sive ut perpetuò duret, auctoritate legitimi Prælati hæc connexio fiat, in bonum potissimum Ecclesiarum. Secundò ut sit temporalis, si fiat scilicet ad certum tantum tempus in gratiam potissimum beneficiati, ad cuius fortassis vitæ tempus durabit. Utraque unio tribus modis fieri potest. Primo ut duo beneficia, vel plura, in unum quasi corpus distinctum coalescant, ut si ex duabus Ecclesiis Parochialibus, quarum tenues valde sunt redditus, una sit Ecclesia Parochialis tertia, ab utraque priore distincta, quæ tamen utriusque Ecclesie jura & privilegia, vel saltem favorabiliora, si sint contraria, retinet. Hic tamen modus unionis non est in frequentu usu. Secundò fieri potest unio, si una Ecclesia, aut beneficium, alteri tanquam su-

periori, & velut accessorium Principali annexatur, ita ut beneficium in unum & accessoriè unitum, quasi extingatur, & omnes qualitates, ac privilegia Principalis assumat, cui per Vicarium deserviat, ita ut non vacet per Principali v.g. Rectore mortuo, vel amoneque per se permutari, aut resignari possit (quod enim extinctum est, quatenus nomen, & titulum, illi nihil relatione convenire potest) sed facta collatione principalis, etiam hoc accessoriè unitum collatum habeatur. Tertio fieri potest unio, si duo beneficia, vel duæ Ecclesie cathedrales, duæ Ecclesie Parochiales &c. æque principaliter uniantur, ut ut ambæ propriam naturam, qualitates & privilegia retineant, & non alteri subjiçatur, sed utraque suum redditum &c. retineat, sub rectorum nomine Rectore, prout habetur in c. de sede vacante &c.

§. II.

Quis potestatem habeat uniendo beneficia? & ob quas causas fieri possit, ac debeat?

Potestas uniendo beneficia tam in majoribus, quam in minoribus, & Ecclesiis quocunque, imprimis ad Papam spectat, cui plena beneficiorum dispositio competit. Secundò potest unire Episcopus ex iusta causa Ecclesias, & beneficia in eadem Diocesi (c. Sicut 8. de excess. Prælati) modò sit unio talis perpetua, vel ad certum tantum tempus, si non sit unio temporaria, cum hæc uniones non sint beneficia, cum hæc uniones non sint beneficia, & non sint exempta beneficia, vel beneficia Pontificie specialiter & perpetuo

§. III.

*Quæ forma & solemnitates, siue
quæ conditiones requirantur iure commu-
ni ad Unionem beneficiorum instituen-
dam, & quo pacto iure novo Concilii
Tridentini Beneficia uniri
possint?*

reservata, uti sunt Dignitates majores in Ecclesiis cathedralibus &c. Tertio potest uniri beneficia Capitulum Cathedrale, vacante sede, quæ alioquin Episcopus uniri poterat (dummodo per eam unionem juri Episcopali nihil derogetur) eodem ad Capitulum, vacante sede, devolvatur jurisdictio Diocesis. Quarto potest etiam Legatus à latere uniri beneficia suæ Provinciæ, quæ Episcopus potest, etiam sine consensu hujus, cum quo in potestate convenit. Quinto Vicarius Generalis, & alii Prælati Episcopo inferiores, de jure communi, etiam si jus conferendi beneficia habeant, uniri tamen ea non possunt (cum plus sit uniri quam conferre tantum beneficia) nisi speciale ad hoc habeant privilegium, aut specialem commissionem, aut Prælati tales potestatem habeant quasi Episcopalem, in Ecclesiis plenè sibi subjectas.

Causæ autem, ob quas fieri possunt, & interdum debent tales uniones, sunt potissimum duæ; evidens necessitas scilicet, vel utilitas Ecclesiæ, uti habetur in c. *Exposuisti* 33. b. t. Necessitas urgere censetur ad uniones faciendas, si ob tenuitatem præbendarum (aut reddituum) vix reperiantur, qui velint Ecclesias, vel beneficia, aut Canonatus acceptare, ita ut Ecclesia debito suo servitio, & necessitatibus Ministris destituatur. Utilitas urgere censetur, ut magis utiles & idonei beneficiati v. g. habeantur & cultus divinus splendescat magis & illustretur.

DE jure antiquo communi ad unionem faciendam requiritur primò Causæ cognitio, siue ut de justitia causæ, propter quam unio fit, inquiretur & judicetur. Secundò requiritur, ut vocentur illi, in quorum præjudicium cedere potest unio, ad hanc scilicet approbandam, vel ut audiantur saltem, si quid opponere velint. Tertio requiritur ad unionem ab Episcopo faciendam consensus Capituli (cum non tantum inter majores causas sit unio, sed speciem etiam alienationis habeat) ad quem, si causa sit evidens, consentire tamen nolit, à Papa cogi potest. Quarto requiritur consensus illius, ad quem administratio, aut collatio beneficii uniendi pertinet. Quintò requiritur consensus Patroni (saltem subsequens,) si beneficium uniendum sit patronatum, (ad cavendum scilicet horum & talium præjudicium) beneficiari tamen, qui beneficium uniendum possidet, consensus non requiritur, cum effectum unio non sortiatur, nisi post mortem beneficiati, aut aliam de jure licitam amotionem. Et sexto denique si à Papa petatur unio, explicari debet, juxta regulas Cancellariæ annuus valor beneficii uniendi juxta communem estimationem, ut melius de causa faciendæ unionis judicari possit.

De jure novo verò Tridentini *sess. 7. c. 6. De refor.* conceditur primò licentia ordinariis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, ut uniones perpetuas post quadraginta annos, à die promulgati Concilii, computandos, factas examinare possint, ad declarandum eas irritas esse, quæ sub aut obreptitiè obtentæ fuerunt. Secundò statuitur *hac sess. c. 7. de refor.* ut beneficia curata unita Monasteriis, beneficiis, aut aliis Ecclesiis, p[ar]isve locis, &c. singulis annis ab ordinariis locorum visitentur, & juxta hujus arbitrium certa portio Vicario in tali curata Ecclesia constituto assignetur. Tertio statuitur in *sess. 14. c. 9. De refor.* ut ne uniantur unius Diocesis beneficia cum beneficiis alterius Diocesis, ad multas scilicet confusiones evitandas. Quarto conceditur in *sess. 21. c. 5. De reform.* Episcopis licentia, in causis à jure permittis, unionem beneficiorum etiam curatorum, etiam specialiter reservatorum, aut aliter affectorum, &c. facere, etiam ut Sedis Apostolicæ delegatis, & in *sess. 23. c. 18. De refor.* conceditur, quòd possint collegiis, seu seminariis applicare, & incorporare beneficia simplicia, etiam, antequam vacent, modò hoc fiat sine cultûs Divini, & illa beneficia obtinentium præjudicio: & quamvis *sess. 24. c. 13. De refor. junctâ Declaratione V. Dummodo curata non sint*, prohibeat, ne Ecclesiæ Parochiales Monasteriis, Dignitatibus, Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, aut collegiæ, vel aliis beneficiis simplicibus, &c. uniantur, factas tamen antea uniones non infirmat, sed præcipit tantum, ut ab ordinariis revideantur. Quintò denique prohibet in *sess. 25. c. 9.*

§. Insuper de refor. ut ne beneficia hanc cum patronatis uniantur, ad cavendum scilicet tamliberæ huic Ecclesiæ libertatem, quam patronatæ circa partronatûs.

§. IV.

Quid juris, seu potestatis habeat Prælati, vel ejus Monasterium, Ecclesia Cathedralis, aut Collegiata, cum Ecclesia Parochialis, vel aliud beneficium est incorporatum, seu unium?

Duplici modo potest fieri talis incorporatio, primò, quoad temporalia tantum; ut reliquæ scilicet congruæ portione Vicario, qui in beneficio ministrat, reliqui redditus ad Monasterium, Capitulum, &c. pertineant. Secundò, quoad temporalia & spiritualia simul, quidem, si incorporatio hæc facta est, etiam populus in spiritualibus etiam sit à jurisdictione Episcopi Diocesis ac subiectus sit etiam in temporalibus Prælati v. g. Monasterii, &c. dicentur plenissimo jure incorporatum tale beneficium; si verò quoad spiritualia quoad incorporata sit, ut liceat Prælati incorporatio facta fuit, administrant spiritualia in Ecclesia incorporata, populus tamen Episcopo adhuc subiectus manet non quidem plenissimo jure, sed jure facta fuisse incorporatio dicitur notatis.

Sciendum primò, si quoad temporalia tantum Monasterio, vel Capitulo incorporatio Parochialis Ecclesiæ, vel alterius beneficii facta fuit, nihil juris habet, vel circa personam Prælati, qui in tali Parochia v. g. par-

est, vel circa curam populi, Abbas, aut Monasterium, vel Capitulum, &c. cui taliter Ecclesia talis incorporata est. Neque si tantum reditus talis beneficii Monasterio tali, vel Capitulo donati fuerunt, & incorporati, semper jus presentandi in Ecclesia taliter unita habet Monasterium illud, aut Capitulum, &c. (cum separari possit jus presentandi, ab Ecclesie rebus) vel si etiam jus presentandi tali Monasterio, vel Capitulo, &c. convenit, presentari tamen debet Vicarius ad Ecclesiam taliter unitam Episcopo, cui cura talis Ecclesie per talem unionem non admittitur, prout constat ex c. In Lateranensi 31. h. 1. ita ut ad Episcopum in tali Ecclesia pertineat institutio, & destitutio talium Vicariorum. Si vero Ecclesia Parochialis v. g. plenissimo jure Monasterio, vel Capitulo, &c. incorporata sit, (quam unionem solus Pontifex facere potest) ita ut in tali Ecclesia taliter unita respectu populi subiecti Episcopalem quasi jurisdictionem habeat Prælati v. g. tunc in illa Ecclesia taliter unita, non tantum instituere, & destituere Vicarium potest, independenter ab Episcopo loci, sed visitare etiam, rationem administrationis exigere, & omnia facere, quæ ad jus Episcopi pertinent. c. Quoniam. 21. De privilegiis. Si tamen denique pleno jure Monasterio, Capitulo, &c. Ecclesia quoad temporalia, & spiritualia sit unita, non tamen plenissimo jure, quoad populum etiam exempta, presentare quidem debet Monasterium tale v. g. idoneum Vicarium Episcopo examinandum, & instituendum in Ecclesia taliter unita, quamvis exemptum Monasterium sit,

cum exemptio talis ad Ecclesiam unitam in præjudicium Episcopi extendenda non sit.

Sciendum secundò alia adhuc plura esse, quæ circa has uniones notari possunt. Primò, quòd Monasterium v. g. cui Ecclesia unita est pleno jure, debeat conservare ejus facta tecta, paramenta altaris reparare, &c. in defectum reddituum fabricæ deputatorum c. 1. & 4. De Eccles. adif. (qui enim commoda habet, reddituum scilicet Ecclesie, debet etiam onera sentire Ecclesie proficua) nisi tenues valde redditus essent, qui principaliter Reçtori obveniunt, & proprio aut Vicario instituto, qui redditus abundantes habet, vel populo, qui in tali Ecclesia Divina percipit, onus hoc relinquendum videretur.

Secundò, quòd Vicarius in tali Ecclesia Parochiali unita constitutus, sive perpetuus, sive temporalis sit, visitari possit ab Episcopo loci, cui populus subiectus est, quoad curam & Sacramentorum administrationem, quamvis ordinis exempti Religiosus sit, (cum ratione rei non exemptæ, curæ scilicet in tali loco exercendæ, subiectus sit jurisdictioni ordinarii) & ab ipso etiam immediato Reçtore principali, si sæcularis sit.

Tertiò, quòd Vicarius in tali Parochia constitutus, si temporalis sit, nullum jus, aut titulum in tali Parochia unita habeat, sed omne jus sit penes Reçtorem principalem; si vero sit Vicarius perpetuus, tum jus ac titulum in Parochia obtinet, cum cura animarum actuali, ita ut penes Reçtorem principalem cura talis tantum sit in habitu, &c. quæ omnia uti & plura alia de perpetuis & tempo-

temporalibus Vicariis, ex lib. 1. Decretal. 28. jam patent.

§. V.

De dismembratione beneficiorum Ecclesiasticorum, & requisitis ad illam.

Dismembratio, sive quod idem est, diminutio beneficii, tum censetur fieri, quando pars bonorum v. g. diviti valde beneficio auferatur, & alteri v. g. tenues redditus habenti, vel fabricæ Ecclesiæ applicantur; hanc ex justa causa posse facere Episcopum ex c. Avaritia 10. h. 2. à contrario sensu colligitur: & si dismembratio talis fiat, beneficio non vacante, ad petitionem sive instantiam ipsius Rectoris adhuc superstitis, neque Ecclesiæ talis sit collegiata, aut incorporata Conventuali, aut Collegiata Ecclesiæ, sola auctoritas Episcopi, vel ordinarii, requiritur, ad eam faciendam, si tamen Collegiata sit, aut tali incorporata, debet etiam haberi consensus Collegii, & si Episcopus eam faciat ex motu proprio, præter justam causam, requiritur etiam consensus Capituli Cathedralis, tanquam solemnitas aliqua necessaria, ad hanc quasi alienationem faciendam. Rectoris verò Ecclesiæ dismembrandæ in tali casu consensus non requiritur, ut necessaria solemnitas, sed præcisè tanquam ejus, cujus interest, ita, ut invito etiam hoc, si necessaria videatur, dismembratio fieri possit.

§ * §

§. VI.

An, & quo pacto beneficium Ecclesiasticum dividi possit, seu scilicet in duo vel plura?

Dividi, sive secari beneficium dicitur quando ex uno fiunt duo, vel plura etiam beneficia, ita ut jam sint duo, vel plura, non nunc unum, ut si unum nunciatum, & unum nunciatum, &c. ubi prius una fuerat. Et quamvis hæc beneficiorum divisio in Concilio Turonensi facta in c. Majoribus 8. h. 1. prohibita fuerat, fatentur tamen omnes, prohibita tantum fuisse, ne fieret sine iusta & rationabili causa (ad cavendam odiosam Ecclesiæ status mutationem) hinc in c. Vacante 26. h. 1. conceditur Episcopis, quòd ex justa & rationabili causa possint unam præbendam dividere in duas, modò quælibet sit sufficienti congruam sustentationem præbentium, quòd si tamen post factam divisionem redditus non sufficienter, ad hoc utriusque beneficiati, de novo obtinendi, sustentationem, obligatur Episcopus ad integrandas præbendas, ut portio aliqua ex beneficiis ab integrandis, cum vacaverint, detrahaatur, & illis illis adiciatur; vel si hoc, non potest simili modo juvare beneficiatos, non possit, tenebitur ex mensura sustentatione sufficiente illis præbentibus, si illegitimè divisionem faciendæ, culpa fuit. Neque tamen in eo sensu beneficia possunt, ut ad unum beneficium, quod unum manet, duo beneficiati simul recipiantur, quòd prohibetur in c. Dilecto 25. h. 1. cum